



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

12. De oblivione mortis ex parabola divitis avari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

*De parabola divitis avari.* 57

Propterea: *In domo pulveris, pulvere vos con-*  
*spergite, hoc est, qui domus luteas habitatis, in*  
*suum principium resolvendas, pulvere vos con-*  
*spergite, ritu Pœnitentium.*

*Mich. 1.  
10.*

PUNCTUM III.

**C**Ur dicat, *Memento: quia pulvis es, non au-*  
*tem, fueris? Nempe, quia de facto est,*  
*sicut de terra constans, ita ad terrena proclivis,*  
*& instabilis, ut pulvis, quem projicit ventus à fa-*  
*cie terra, tum in consiliis & bene cœptis:*  
*tum ob vitæ mortalis casus, & incertitudinem.*  
*Optimum esto consilium, quoties aliquod*  
*apparens bonum meos percellit sensus, mihi*  
*objiciam statim: atqui hoc totum pulvis est, &*  
*ego ipse pulvis sum, postmodum exsufflandus.*

*Pulvis es*

*Psal. 140*

PUNCTUM IV.

**O**Mnia mihi occinunt sententiam istam, ac  
*præcipuè calvariæ & ossa defunctorum,*  
*inter quæ versans, & illud audire mihi videar:*  
*Memor esto judicii mei, sic enim erit & tuum, mi-*  
*hi heri, & tibi hodie, pro hodierno haberi debet,*  
*quod vita mortali clauditur, quia brevis & in-*  
*certa est.*

*Ecel. 38.*

*28.*

MEDITATIO XII.

*De oblivione mortis, ex parabola divitis*  
*avari. Luc. 12.*

PUNCTUM I.

**T**Riplex fallacia ex oblivione mortis exem-  
D 5 plo

Mortis  
oblivio  
fallax.

1.

Iac. 4. 12.

2.

Eccl. 5.

17.

3.

plo hujus divitis. 1. Pollicetur sibi longam vitam, cum dies illa esset postrema. Tales reprehendit Iacobus Apostolus, quod audeant dicere, faciam cras hoc vel illud: *Qui ignoras, quid erit in crastino, quæ enim est vita tua? vapor est ad modicum parens: pro eo quod dicere deberet: si vivero, si Dominus voluerit.* 2. Quod promittat sibi quietam bonorum usuram, unde ait: *Anima, habes multa bona reposita in multos annos, requiesce, comede, bibe, epulare:* Cum alioqui bona hæc auferri possint: ac si maneant, continget tibi illud: *Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis & in ærumna atque tristitia.* 3. Supina negligentia salutis animæ bonorumque æternorum.

## PUNCTUM II.

Mala ex  
oblivio-  
ne.

1.

Sap. 45.

2.

Isaia. 38.

3.

Ps. 141.

8.

**D**amna hujus oblivionis. 1. Quod serò agnoscat errorem suum, quando remedium non subest; ut stulti illi in libro Sapientiæ, Semet propterea *insensatos* confitentur, quare & huic diviti dicitur: *Stulte!* 2. Quod noctu abripiantur è vita: *Hac nocte* scilicet in ipsis tenebris peccati, ut ab interioribus transeant ad exteriores & æternas. Averte à me Domine, dicit mihi prius: *Dispone domui tue, quia morieris,* da tempus pœnitentiæ. Etsi illud optimum, ut quotidie id mihi intimari putem, & ita semper sim paratus. 3. Quod ægrè & inviti moriuntur; quare dicit: *Animam tuam repetent à te,* mali scilicet dæmones; justis autem in desiderio est: *Educ de custodia animam meam, ad confitendum tibi.*

PUN-

PUNCTUM III.

**Q**ua autem parâsti, cujus erunt? hoc postre-  
 mum oblivionis damnû: quod quasi semper <sup>Pf. 48.</sup>  
 victuri non prospiciunt in posterum. <sup>18.</sup> Tua cer-  
 tē non erunt, quia diviti dicitur: *Cū interie-*  
*rit, non sumet omnia, neque descendet cum eo glo-*  
*ria ejus.* Non sic justus, non sic, quorum opes  
 sunt opera bona, quæ sequuntur ipsos. Interroga-  
 bo etiam te: & hæc anima cujus erit? *Quam da-*  
*bit impius commutationem pro anima sua,* quo- <sup>Mat. 16.</sup>  
 minûs in potestatem diaboli veniat? dicam Deo: <sup>26.</sup>  
*tuus sum ego, salvum me fac.* <sup>Pf. 118.</sup>  
<sup>94.</sup>

PUNCTUM IV.

**O**bliviosi conditio representatur in Balthasa- Exem-  
 re Rege Babylonis, cui operam danti co- plum.  
 messationibus, visa est manus scribens in pariete:  
*Mane, Thecel, Phares, Numeravit Deus Regnum* <sup>D. am. 5.</sup>  
*tuum. & complevit illud. Appensus es in statera,* <sup>26.</sup>  
*& inventus es minus habens. Divisum est regnum*  
*tuum, & datum est Medis & Persis:* ita Daniele  
 interpretante, & eâdem nocte id totum subse-  
 cutum est; & quadrat in illum divitem ac simi-  
 les. *Mane, numeravit:* Stulte! hæc nocte repe-  
 tent animam tuam à te. *Thecel, appensus es,* utiq;  
 minus habens inventus es; qui idcirco vocaris  
 stultus. *Phares, divisum est:* & hæc, quæ parâsti,  
 cujus erunt? auferentur videlicet à te,  
 & dabuntur ei, quem  
 ignoras.

D 6

DE